

116

PROSICIA
ONOMASMATI
VIRI
*MAGNIFICI, SVMME REVERENDI
ATQVE DOCTISSIMI*
DOMINI
CHR. FRIDR.
WILISCHII,

DOCTORIS DIVINIORVM LITTERARVM
CELEBERRIMI, ANTISTITIS SACRORVM AD DIOECESIN
FREIBERGENSEM PERTINENTIVM MERITISSIMI,
ET EPHORI SCHOLARVM DILIGEN-
TISSIMI,

PATRONI NOSTRI
SVMMA OBSERVANTIA SVSPICIENDI,

A. D. XIV. MAI.

A. R. S. MDCCCLVI
FELICI AVSPICIO RECVRRENTI
IN PIETATIS TESSERAM
DICATA
A
MVSIS FREIBERGENSIBVS.

FREIBERGAE, Litteris MATTHAEANIS.



קוֹר חַיִם שֶׁ שְׁכֵל טוֹב
וּוֹא לְוִתָּה חַנָּן יְטוֹפָךְ
הַבּוֹנָה הַגְּרוּלוֹת עַנִּי
סְכָלָלָה בְּנָהָה חַיָּא:
שִׁיאָבֶת נֶפֶשׁ הַחֲכָמָת:
וְהַן וְעַשֶּׂר בִּמְגִידָה:
נְהִיכָּת הַדְּעָה שְׁלָמָת:
לְהַבְּיאָה כָּל־הָאִישׁ לְמָחוֹת:
יְקָרָה וְהָיאּ מְכֻלָּה וְהָבָב
הַכְּנִינה מְשֻׁבָּה רַחֲבָה:
נְעִיטָה מְכֻלָּה הָאָנוֹנִים:
הַבָּרָךְ בִּימֵי שְׁלָמִים:

בְּרוֹהַ נִפְצָא רַבְּ חֹרֶר
וְתוֹמֵךְ אָוֹתָהּ מְאֹשֶׁר:
וְהַמָּה אַתָּה אִישׁ אֲדִיר
בְּאוֹשֶׁר הוֹתֵךְ רַבְּ מְוֹהָר:
אֲשֶׁר הַפְּשָׁתָה תּוֹתֵה יְהָנֵן
טְמַתָּה אָוֹתָהּ לְבָרְכָה:
יוֹתֵתְהָ גָּבָרָה אַפְּלָלוֹ
וְעַלְיָרָקִים חָסְדוֹ:
זָקְנָרָקָלָא סְרָאִיבָּסָט
לְךָ חֹזֵה הַחֲנוּסִים:
לְשָׁבוּעָה יוֹסִים הַתּוֹרָה
וְחַפְּצָעִינְךָ הַרְאָזָן:

M. Io. Gottl. Bidermann,

Rector.

Tristia commemorant nobis tua fata nouellae,
LISBONA, vrbs celebris, quam rigat vnda Tagi.
Vrbs quondam diues, totum celebrata per orbem,
Obruta ruderibus nunc miseranda iaces.
Nec tantis intacta malis Germania mansit,
Sed motus etiam est passa subinde graues.
Intima telluris tremuerunt viscera nostrae,
Nutarunt montes, dissiluere petrae.
Ventorum rabies, Riphaeis arcibus orta,
Excelsas turres subruit atque domos.
Hinc cuncti trepidant animis, fortisque futurac
Anxia corda sibi pessima quaque timent.
Quae tamen est summi clementia Numinis, inter
Spemque metumque iterum pectora firma facit.
Fallor? an haec TVA festa dies, VENERANDE WILISCHI,
Quam saluus celebras, huc referenda venit?
Festa dies! nostrae qua non augustior vrbi,
Maxima quae nobis gaudia ferre solet.
Hacc igitur follempnia vota precesque requirit,
Hacc dare lactitiae nos pia signa iubet.
Viue diu felix, fospes, scrique nepotes
TE sanctum sancta mente sequantur Auum!

M. Io. Andr. Lutherus,

Conr.

Eυσεβίῳ Θεόσεντος ἄμ' ἑδινήν ἔρετον,
 Καὶ χέρες ἀσιδὸν ἀρχιερῆα φιλεῖ.
 Πῶς δὲ τις αἰνέσαι πάντων ἱώνυμον ἄδρα,
 Πῶς τις ἐφιμητεῖ σόγγατα κλεψὰ σίθεν;
 Τοργάς ἄμ' ἕνχεμεν ἀπομένα ἐκτὰ γενέθη
 Ἀρχιμῆδος μίδαχῆς σάφεν, λασσοῦ.
 Ἀδεῖ γένν παιδεῖς καὶ χαίρετε σήθεον ἄδρες,
 Εὐφρενέων ὑμῖν τῇ πάρεσσι πατήσ.
 Ἀδεῖ γηράκων σέρρῃς, ἐν ἔνωντες,
 Εν Ἑγιτοῖς μέροις τέρροια λαμπρέστατον.

M. Io. Aug. Harzbach,

τριτοδιδόσκαλος.

Ecce! Tibi redit referens noua gaudia salua
 Nomine clara dies, *Vir venerande*, Tuo.
 Plausibus ecce! Tibi geminatis nuncupo primum,
 Quac mens grata fouet, vota precesque pias:
 Sanum Te seruet summus moderator olympi!
 Teque tegat fortis tempus in omne manu!
 Mulceat et senium mentis solamine canum!
 Et larga satiet Te bonitate sua!
 Vsque Tuis, queis cunque vacas, conatibus adsit,
 Ut magnus multo porro labore cluas!
 Sospes et ut viuat vinclo sociata iugali!
 Gloria magna Tuae floreat usque domus!

Io. Christoph. Kessel,

Cant. et Colleg. IV.

Lisbona proh! Nouembribus
 Anni calendis proxime
 Elapsi in iētu palpebrae
 Concussa labascit, ruit.

Hic regis arcem splendidam,
 Isthic tabernas pauperum,
 Hic diutum palatia,
 Hic tempa collabi vides.

Fractis iacent sub aedibus
 Viui sepulti paruuli,
 Matres, patres, et anxic
 Opem ferendam flagitant.

Sed flagitant inaniter,
 Simulque flamma destruit,
 Haud improbanda quae bona
 Collegerat solertia.

Et cuncta quis percenseat,
 Quae sunt idem fatum loca
 Experta? Quis tanti queat
 Scrutarier caufas mali?

Haec per verendam Numinis,
 Cui sponte parent aquora,
 Tellus, procella, fulmina,
 Effecta sunt potentiam.

At mansit alma patria
 Et nostra ciuitas ab his
 Terroribus tutissima
 Per Numinis clementiam.

Per Numinis clementiam
 Et TV, *Sionis maximum*
Decus, superstes es, vales,
 Obisque munus arduum.

Per Numinis clementiam
Impleta vota sunt pia,
Nurusque felicissimo
Partu Tuae clues Auus.

Diu fruare gaudio
Isto; diuque floreat
Praeclara Gens Wilisibia,
Per Numinis clementiam.

Godofr. Gebhardus,

Coll. V.

Quae per hybernum iacuere tempus,
Morte torpenti veluti sepulta,
In nouam vitam, redeunte vere,
Cuncta resurgunt.

Tacta iam flatu zephyri tepente,
Turget in flores humus arte miros;
Mane coelesti saturata rore
Arua virescunt.

Iamque per tractus nemorum superbium
Efferens auras caput in serenas,
Frondibus viuis foliisque densa
Pullulat arbor.

Et chorus passim volucrum per auras
Ore facundo modulans canorum
Carmen, auctorem celebrat ciborum
Visque benignum.

Hem! Dei largis manibus voluptas
Verna per nostrum sapienter orbem
Fusa, ceu viuos hominum vigores
Mentibus addit!

Excitus messis grauidae renata
Spe, Patri veris, bonitate magno,
Consecrat laetus pia gratiarum
Vota colonus.

Gratias et Tu, Venerande Praeful,
Gaudio mentis satiatus almo,
Iam Deo soluis, senio vigorem
Visque creanti.

Viribus mentis vegetus, dataeque
Coelitus fructu bonitatis auctus,
Posteros lactae peragas senectae
Suauiter annos!

Io. Gottfr. Fritzsche,

Coll. VI.

Immotam terram quis posthac stare, docebit?
Qui turres, montes, tectaque mota legit.
Immo perpetuis agitatur motibus orbis,
Nutans ad finem degeneransque suum.
Contra mens constans, firma, et formidinis expers
In placida fidei fulta quiete manet.
Omnia quum terrent, et desperata videntur,
Quod iuuet, in mediis inuenit illa malis.
Adde, quod in vasto contingat gurgite portum,
Atque suas, quamvis naufragia, seruet opes.
Tam validam mentem valido cum corpore nocturn
TE quis non dignum, PRAESVL, honore colat?
Faxit, cui seruis, Deus immortalis, utroque
Longacuam ut vitam munere sospes agas,

Immanuel Steigerus,

Succentor.

Ruderia Lisbonae, fumusque cinisque Caii,
Terraque quae variis hincit hincque locis,
Omnia confundi, viciari, et lege perire,
Quae fati regitur conditio, docent.
Quid de tot spirat turritis urbibus? esse
Fama, fusse breui, dira ruina sonat.
Bubastis periiit, demersa est alta Saguntus;
Illud Athenarum tam graue nomen ubi est?
Gleba Syracusae, Byzantia culmina valles,
Depascit Patras tigris, et ursa Tyrum.
Roma, triumphorum fedes et regia Marris,
Luxuria est veluti mersu palude sua.
Vestalesque ignes, caeloque ancilia lapla,
Paladii et rapuit pignora flamma sacra.
Caedua murorum fragmenta abrupta theatra,
Saxaque adhuc spirant imperiosa minas.
Pyramides ubi sunt miracula barbara Nili?
Vrnaque Maufoli luxuriosa? fuit.
Tempa ubi sunt, fixit quae humana potentia stellis
Aimula, quis decori plurima turris erat?
Nonne Coloforum portenta, palatia regum
Marmore de Paro moenia struxa iacent?
Nonne Corinthiacas sunt fabula variibus arcis?
Thebae et Cadmeae nomen inane gerunt.
Carthago, Delphi, Salamis, Numantia, et Alba,
Argos, Cumae, Ephesus, Susa, Fidena, Rhodos,
Quae loca magnifico quondam fundamine stabant,
Quod stererint, scimus, sed locus ipse latet.
Exspirant laplu subito florentia regna,
Quae ferri ambitio perdit opumque sitis.
Fastus ubi domuum, vel ubi sunt splendida tecta,
Magnaque porticibus pondera? rata iacent.
Cum thermis fugiunt capitolia, curia, rostra,
Cum circu et ludis culta palaestra suis.

Stat cunctis sua meta: supervolat ardua pompa
Gloria, sed celeri praecepitanda gradu.
Castra, tubae, gladii, tormenta sonantia, pugnae,
Quamvis vi multa sint metuenda, ruunt.
Pygmalionis opes fulsere aurumque Phraiae:
Omnia vero isthaec abstulit una dies.
Omnino est aliquid partus virtute triumphus:
At sonus et plausus, dum avolat ille, filer.
Mole fastificis labuntur ponderis alta
Magnarum et rerum magna sepulcra latent.
Consumique suos casus cariofa ruina,
Relliquias miseriae fragis arena bibit.
Cuncta vetustatis monumenta perennia priscae
Vana venustatis sunt documenta breuis.
Quid decor est formae, quae ceu rola pulera superbit,
Sole oriente oriens, sole cadente cadens.
Quid fors est regni, spinosis anxia curis,
Instabili niti nonnisi vilâ rotac?
Quid non inuidit leuitas? mutanur in horas,
Et nihil est, quod nos votaque nostra regat.
Nunc oditis animus, nunc expugnatur amore;
Nunc spes, nunc agitat pectora nostra metus.
Iam nos luctus habet, iam nos noua gaudia tollunt:
Mens sequitur motus, nec caput ipsa fluos.
Nunc rapit instabilem breuis et non vera voluptas,
Nunc animus coepit deficit inter opus.
Fluctuat infelix, quaecunque impellitur aura,
Neue fatig certum, cedat an obster, habet?
Cedimus impulsu minimo et meliora perosof
Causa leuis cogit deteriora sequi.
Quem sibi non vexant fastidia? perdere vitam,
Vinere dum neficit, plurima turba solet.
Hos inter strepitus, curas, variosque tumultus,
Quae vitam nostram diceruicare solent,
Is confendus erit fere terque quaterque beatus,
Cuius mens hilari conditione manet.
Omnes qui curas recte solatur agendo,
Integer et constans in flatione sua.
Quem neque perturbant rerum discordia fata,
Nec fortuna animum sede secunda mouet,
Qui, nitens virtute sua, mendacia rider,
Nec populi plausum nec pauet inuidiam,
Annos qui iuuenis tranquilla mente seniles
Expectat, nec agit, quod piguisse queat,
Qui grauitate senex factus iuueniliter actos
Annos haud pricas operat iniire vices.
Qui non insomnes queritur se volvere noctes
Nec detestatur, qui subiere, dies.
In cuius splendori tuto ore secura voluptas,
Quemque ornat varium cum grauitate decus;
Quem pietas, sincera fides, et necia fuci
Relligio sicutum, quem venerare parrem.
Cui clarum ingenium faurix natura ministrat,
Quem non destituit iudicijque vigor.

Ex eius factis luet prudentia magna,
 Nec, quod poeniteat, praecepsit agit.
 Hic opportune Tua nobis surgit imago,
Antistes sacri deuenerande chori.
 Num, quamquam canis Tua nunc adspexit aetas,
 Inficit et niueas alba senecta comas:
 Non tamen ingenium praefans, mens, linguaque vires
 Deficiunt, defunct officio suo.
 Sed color est idem, facies et gressus euntis
 Et species eadem, quas fuit ante, manet.
 Imo Te quamquam cumulata negotia turbent,
 Inque dies subeat sollicitudo noua:
 Mane nouo quamquam labor usque recurrat in orbem,
 Et, quod opus tractas, vespera sera nouat:
 Circumstant quamquam Te curae et mille labores,
 Digni conflio praefidioque Tuo:
 Tandem eti, rabies Tibi taedia multa facebit,
 Quae negat obsequium, necia lege regi:
 Attamen incolumis itas, nec statione moueris,
 Quam demandauit summus Ious Tibi.
 Corporis arque animi suffultus viribus, illud
 Munus, cti seruis, conuenienter obis,
 Hoc igitur signum ut diuini nofis amoris,
 Cuius iam spectas haec monumenta noua;
 More aquilae Tibi qui reddit iam debilis annis
 Prima iuuenturis tempora verna Tuae:
 Sic nos nostra hodie sociamus gaudia Tecum,
 Qui Tibi iam dudum dedita turba sumus:
 Coniunctis precibus voce una et mente rogantes,
 Ut Tibi sit confians perpetuusque vigor.
 Nec diri Te discrucient incommoda morbi,
 Nec mentem frangat sollicitudo Tuam.
 Te saluo Tua sic domus argumenta nouata
 Laetitiae Tecum sentier usque piae:
 Sic et adornabit Tibi plena thuris acerras,
 Quae curae et cordi scit Tibi se esse, schola.

communitonum nomina ceccinat

Io. Euseb. Gotthart Bilz,

Gründthal - Misn.

Die Namen der beiden oberen Classen.

Christian Friedrich Arnold, Pfaffroda.
 Joseph Mühl, Freyberg.
 Johann Eusebius Gotthart Bilz, Grünenthal.
 Johann Gottlieb Schermer, Wengenborow.
 August Benjamin Otto, Lugau.
 Christopher Benedict Jäneke, Hartenstein.
 Carl August Töppner, Neuenforsse.
 Friedrich Gottlieb Bidermann, Staumberg.
 Johann Christian Dachle, Prischke.
 Heinrich Adolph Hennicke, Weisensee.
 Christian Ehegott Lebrecht Eichötel, Freyberg.

Johann Friedrich Helbig, Tuttendorf.
 Johann August Bierert, Freyberg.
 Friedrich Traugott Herzog, Königsbrück.
 Benjamin Gottfried Schweikert, Dahnsdorf.
 Johann Christian Vietch, Vorsdorf.
 Christian Ehegott Schneide, Freyberg.
 Christian Gotthold Poppe, Freyberg.
 Johann Friedrich Pistorius, Freyberg.
 Moritz Erdmann Engel, Chemnig.
 Johann Christoph Pilz, Freyberg.

Christian Fried. Müller von Berner, Oberhau.
Christian Friedrich Greif, Mitwieda.
Christian Theodor Küchenmeister, Dorfhayn.
Johann Friedrich Feral, Dresden.
Ernst Gottlieb Richter, Oberschöna.
Friedrich Gotthelf Lehmann, Dresden.
Gustav Ludwig Ulrich, Sorgau.
Friedrich Samuel Fröhle, Freyberg.
Christian Gottlob Stecher, Freyberg.
Johann Friedrich Lämmlis, Bieberstein.
Friedrich Gottlob Wiesemann, Freyberg.
Christian Gottlob Krüger, Dresden.
Friedrich Gottlob Lehmann, Dippoldiswalda.
Johann Conrad Flade, Hallbach.
Christian Gottlob Käfer, Freyberg.
Christoph Friedrich Ziller, Pappendorf.
Johann Gottlob Seißler, Freyberg.
Gottlieb Friedrich Grundig, Sayda.
Gotthelf Friedrich Opelt, Brummenhennersd.
Michael Draugott Seifert, Oberhau.
Johann Gottlieb Haack, Oschatz.
Johann Gottfried Anselm, Zschöditz.
Carl Friedrich Fischer, Aue.
Johann Christoph Voigtländer, Marbach.
Johann Friedrich Döring, Haynichen.
Johann Gottfried Richter, Niederschöna.
Carl Friedrich Hindenburg, Dresden.
Salomon Daniel Naumann, Freyberg.
Christian Gregorius Wunderlich, Böhlitz.
Friedrich Dankegott Winer, Taundorf.
Carl Gottlob Kirchhölz, Oberhau.
Christian Benjamin Stoll, Taubenheim.
Johann George Crasmus von Reinsbaben,
Johann Gottlieb Biedermann, Naumburg.
Friedrich Gotthelf Leichmann, Freyberg.
Carl Friedrich Winter, Dresden.
Salomon Gottlob Biener, Freyberg.
Christian Gotthelf Meyer, Freyberg.
Gottlieb Benjamin Weber, Dippoldiswalda.
Christian Gottlob Fischer, Witzigsthal.
Johann Gottthart Uhlich, Neißen.
Christian Gottfried Mäschel, Freyberg.
Johann George Knebel, Niederschöna.
Gabriel Draugott Schneider, Dippoldiswalda.
Draugott Sigismund Günther, Langhennersd.
Johann Gottlieb Schmidt, Zschöditz.
Christian Gabriel Müller, Oberhau.
Ernst Gottfried Steglich, Burkartswalde.
Carl Benjamin Grauel, Hartmannsdorf.
Carl Sigismund Rauchles, Staucha.
Christian Gottlieb Schmidt, Burkardsdorf.
Johann Gottlieb Schubert, Freyberg.
Johann Gottlob Schubert, Linde.
Johann Gottlob Burkardt, Tanneberg.
Johann Christian Böhme, Dresden.
Friedrich David Seifert, Brand.

Eugenius Gottthart Colbitz, Tanneberg.
Christian Andreas Cruius, Dresden.
George Heinrich Cruius, Dresden.
Gottlieb Heinrich Jenisch, Schwarzenberg.
Paul Christian Eit, Dresden.
Johann Friedrich Nüßmann, Jüterbok.
Valerius Ferdinand Klingsoh, Freyberg.
Carl Alexander Klingsoh, Freyberg.
Christoph Adam Fren, Leibsdorf.
Johann Gottlob Klausniger, Langenhennersd.
Johann Gottlieb Dahne, Conradsdorf.
Samuel Gottlieb Desterreich, Drebach.
Johann Christoph Bemis, Hilbersdorf.
Gottlieb Abraham Langhammer, Freyberg.
Christian Friedrich Wittig, Johann Georgenst.
Friedrich Draugott Hubel, Rassau.
Christoph Friedrich Hermann, Bertholdsdorf.
Johann David Fischer, Freyberg.
Johann Gottlieb Ermer, Spechtshausen.
Johann Christian Timmrich, Freyberg.
Johann Gottlob Döring, Haynichen.
Christian Lebrecht Koch, Leibsdorf.
Gottlieb Immanuel Zacharias, Frauenstein.
Christian Gottlieb Diebel, Altenpau.
Johann George Ernst Albrecht, Freyberg.
Gottlieb Sigismund Walkhoff, Kartha.
Johann Christoph Einhorn, Langenau.
Polycarpus Eugenius Echla, Haynichen.
Ernst Amadeus Martini, Nützenberg.
Friedrich Wilhelm Rauschelbach, Cäschwitz.
Gottlob Leop. Rausch, Wengrow in Polen.
Christian Dahne, Conradsdorf.
Johann Christian Barthel, Conradsdorf.
David Benjamin Franke, Freyberg.
Christian Gottlieb Stiel, Voigtsdorf.
Christian Gregor Schneider, Freyberg.
Gottlob Friedrich Wenzel, Sayda.
Carl Gottlieb Schulte, Freyberg.
Christian Michael Günther, Geden.
Johann Friedrich Lebrecht Brummenmann, Freyberg.
Johann Gottlieb Hildebrand, Freyberg.
Christian Gottlieb Roith, Freyberg.
Johann Gottlieb Griebbach, Burckardtsdorf.
Andreas Samuel Mängen, Freyberg.
Johann Gottlieb Uhlich, Galenz.
Carl Christian Großbmidt, Hirzfeld.
August Sigismund Naege, Freyberg.
Gottlob Benjamin Peil, Freyberg.
Samuel Gottlieb Parisch, Freyberg.
Johann Friedrich Biedermann, Dippoldiswald.
Johann George Eckard, Borsendorf.
Carl Gottlieb Voigt, Losina.
Johann Gottlieb Kunze, Freyberg.
Christian Gottlieb Stöhr, Freyberg.
Johann August Klemm, Oberbobritzsch.
Johann Gottlob Kühnel, Freyberg.



78 M 496

ULB Halle
001 618 148


3



TA-206

107





116

PROSICIA
ONOMASMATI
VIRI
*MAGNIFICI, SVMME REVERENDI
ATQVE DOCTISSIMI*
DOMINI
CHR. FRIDR.
WILISCHII,
DOCTORIS DIVINIORVM LITTERARVM
CELEBERRIMI, ANTISTITIS SACRORVM AD DIOECESIN
FREIBERGENSEM PERTINENTIVM MERITISSIMI,
ET EPHORI SCHOLARVM DILIGEN-
TISSIMI,
PATRONI NOSTRI
SVMMA OBSERVANTIA SVSPICIENDI,
A. D. XIV. MAI.

A. R. S. MDCCCLVI
FELICI AVSPICIO RECVRRENTI
IN PIETATIS TESSERAM
DICATA
A
MVSIS FREIBERGENSIBVS.

FREIBERGAE, Litteris MATTHAEANIS.

